Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Circuncisio triplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

eſt, quia admodum balſami aſpirati, à corruptione homines conſeruat, qué
Bern. admodum D. inquit Bernardus. Caſtitas ad inſtar odoriferi balſami, quo condita cadauera incorrupta ſeruantur, ſenſus arctos continet, & conſtringit. Hæc ſunt igitur præcipua caſtitatis bona, quam unuſquiſque profiteri debet.

Circunciſio triplex.

PRima eſt a noxiis, quæ circuncidit hominem à peccatis, & à circunſtantiis peccatorum, quæ etiam omnia membra circuncidit, iuxta illud Hieremiæ, Circuncidimini domino & auferte præputia
Hier. 4. cordium ueſtrorum uiri Iuda. Secunda eſt à ſuperfluis, iuxta quem modum uerba ſeruatoris noſtri intelliguntur, Veruntamen quod ſuper eſt date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis. Tertia eſt à neceſſariis, quæ pertinent ad religioſos, iuxta præceptum de conſilio domini noſtri dicentis. Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes & da pauperibus, deinde ueni, & ſequere me.

Luc. 11

Mat. 19